

Archives de la Grande Chartreuse



A-5
174 a



CHARTREUSE d'OUJON

✧ Notre-Dame ✧

(PROVINCE DE CHARTREUSE)



Manuscrits du Ven. Père Dom Palémon BASTIN



Cartusia Beatae Marise Angionis

In agro Latobrigo inter Helvetias et Diocesi
Genevensi. —

Latobriges seu Vaudensis (le pays de Vaud) ager olim Comitum Genevensium, postea Sabaudorum, nunc vero Dominorum Helvetiarum, sitionis terminatus a meridie Lemano lacu, et occasu Gesic tractu et Burgundiae Comitatu, ab oriente pago Bernensi, uti etiam, a Septentrione, et partim pago Tuburgensi. In hoc igitur tractu, cujus pars maxima subest Bernatibus, sita erat Angionensis Cartusia, quae in diversis domo-entibus varie nominatur, videlicet Alionis per unicam, Ii et tres syllabas, et Algionis, scilicet Angionis, sed in chartis Capitalibus saepe semper Angionis dicitur. Et priore appellatione Alionis, quae in antiquis Statutis tum editis tum manuscriptis frequentius reperitur, quidam eam confuderunt cum domo Alionis, quae adhuc stat in Sabaudia, et de qua suo loco dicemus. Ab oppido ejusdem tractus Meridiano (Meyon) non longe aberat inter pagos de Arzier et Saint Cergue versus Montaudri partem Comitatus Burgundiae oppidum versus orientem. Hujus monumenta ab ultimo Priore ad domum Repans alorii transportata et nuper ad nos transmissa sunt. In eis desiderantur fundationis litterae, sed ex quibusdam aliis anno 1237 datis, disimus praecipuos illius fundatores habendos esse Dominos de Genuliaco et de Monz ejusdem generis: Harum tenor talis est:

« Ego Coenetus Dominus Genuliaci, notum fieri volo universis praesentibus paginam inspecturis, quod cum ego malo ductus consilio multotiens mala et damna intulissen Domini Algionis Cartusienis Ordinis, quam praedecessores mei fecerant, in qua tamen nullum jus, nullum Dominium, aut sibi, aut successoribus suis retinuerant, sed episcopatus, sive advocacionis causa, vel alio quocumque modo, tandem praesententi a Ductis, et ab amicis meis correptus super tali malitia quam injuste exercueram, adversus Dominum praedictam, tam in personis, quam in rebus diversis Domus ejusdem; promisi et super Patrimonium Domini nostri Regis X^{to}, et super sanctum altare superioris Ecclesiae domus ipsius juravi quod amodo et usque in perpetuum grangias et terrinas Domus, quas ego violaveram, et violari feceram, immunes et salvas et liberas et quietas

ab omni violentiâ, exactione et rapinâ per me et per heredem meum, meto directos, et per
-nos et extra provincias ab omni injuriâ: defendere, et pro his omnibus in perpetu-
-um fideliter observandis, prout melius ad utilitatem Domini intelligi potest, dare et pone-
-rem, eis securitates et secessores quascunque vellent et ego possent. Ad unum anno dñi
M. CC. XXXVII, mense Aprilis, in Ramis Palmarum, festibus rogatis et vocatis Domino ^{Joanne} ~~Alonso~~
De Monto, Domino Gerardo De Altavilla, Domino Petro De Versenai militibus, Stephano De
Roselione et Raqueto De Armai Domicellis; et Joanne Fabro et Amadrico De Gemuliaci
in presentia Jordanis Prioris et conventus Algonis, et aliorum multorum, Ad cuius
rei plenioram firmitatem, presentem chartam sigillo proprio roboravi, et

Sigillum pendens habet in scuto magnum Libiaci floris alabastrum, cum
duobus aliis parvis floribus etiam libiacis inferioribus ad utrumque latus.

In aliis litteris idem Coenetus patrem suum nominat Guideronem et duas vero
-res suas Nicolauum et Halellan; relictam vero Patris sui Libianam, et bysno Episcopus
Genevensis confirmans quendam donationem ab eodem Coeneto factam, quos predecessores
-vros etiam nominat Fundatores hujus D. Idem facit Gbho Dominus De Monto,
preefati Coeneli patrem, in litteris eodem anno datis, ut sequitur:

« Universis in X^{to} Fidelibus, Gbho Dominus De Monto octavo anno in Domino
salutem. Notificamus vobis quod Coenetus nepos noster et Dominus Gemuliaci, in
-presentia Domini Episcopi Genevensis et nostrâ Constitutus, et providens super
malis et damnis, quae injuste ~~per nos~~ nimis intulor at Domini Algonis Certusien-
-ordinis, quoniam quidem predecessores nostri fundas erant; sed nullum, nisi temporale
-nullum, ne Dominum, in vâ, vel sibi, vel suis posteris, sine patris aucto-
-ritate, in fundationis causâ, seu alio quocunque modo retinuerant; pro recom-
-pensatione damnum illorum, et pro solutione VII librarum et XV solidorum, et Bladi
-flus quam sex modiorum, concessit, dedit et assignavit Dominus predictus Tribus octo
-cupas boni fumente ad mensuram Algonis, apud homines suos De Gemuliacis libere
-et quiete annis singulis, ~~perpetuo~~ perficiendas; videlicet tres cupas in casali
-et tenemento ^{Udrici} Balby, et tres alias cupas in casali et tenemento Amadrici
De Logvi, et tres cupas in casali et tenemento ^{de} Seubordons, videlicet tres ard ⁱⁿ

Andelmi et Stephani. Quod si in nominatis casalibus haeres, aut possessor non esset,
aut si esset, sed reddere praedictam, fragmenti summam, pacifice atque integre jam dictae
domui annis singulis nollat; concessit idem, Coenobius ut domus Algonis supradicta casalia
et tenementa libere teneat et possideat; donec ibidem institutus sit haeres, qui dictam
fragmenti summam, integre sibi, et absque calumnia reddat. Actum anno Domini M CC.
XXXVII et ad mandatum, et preces tam Coenobii, quam Algonensium, sigilli nostri muni-
-mire confirmatum. Testes Dominus Henricus de Chaveng, frater Domini Hygonis Geben-
-nensis Episcopi; Dominus Guericus de Albona, et filius meus Henricus, et frater alii seculares
et frater Hygon Algonensis consentus. In castro meo de Albona, mensis Martii, 53

Eundem fundationis titulum, praefati Coenobii majoribus etiam habuit Johannes
Lansanensis Episcopus datus anno 1244, mense Martio, unde hic honor michi non videtur
alibi assequendus, licet tum in bullis summorum Pontificum, tum in Diplomatum Episcopi
-pomeni Genevensium, bona ejusdem, domus et privilegia confirmantur, sicut solent, mactis
praedictorum, nobilitum, tanquam qui terras certis censibus vendiderint, nulla facta. Penda-
torum, praerogativa memoria.

Nomen etiam et honorem, auctoritatem, hujus cantuariae sibi arrogare comites Gene-
-venses, quos reperio nascenti domui dedisse quicquid haec domus possidebat in terra Israel.
Hujus donationis notitiam habemus ex subiecto instrumento:

« Ad malum oblivionis vitandum, quod per primi hominis peccatum, in caeteris, postea-
-orum notorum, memoriae scripto relinquimus quod Dominus Amedeus Gebenensium Comes,
pro salute anime suae, monachos praerogavit, dedit et B^{mo} Maurico, ac fratribus de Albona
quicquid in terra de sancto Israel habebat, vel habere videbatur perpetuo possidendum, Hujus
voto donationis testes sunt Hugo Prior Vallonis, qui hanc terram, quaesivit ab ipso Comite,
et per ejus manum praedictis fratribus de Albona, hunc hoc donum, fecit: Guillelmus Alphenis
Abbas; Petrus monachus, Guido conversus, Geroldus de Langnis, Guillelmus de Boses,
Gisoldus Bardel, »

Et ad Diplomata initia a fundationis datur, posse colligo ex Hugone Domus Vallonis
Prole. Priora ibidem designato. Praeterea dedit Amedeus pacem per totam terram suam: cu-
-jus donationes confirmasse Guillelmus et Amedeus filii ejus, et Humbertus nepos ejus
de quo in catalogo Priorum, dicimus. Guillelmus primogenitus et Comes Genevensis conditor

fuit Cartusio Pomerii. Amadeus vero Gosi (lyon) Dominus patrum amon et ones, novis
cum ulavit-beneficiis, approbantibus filiis ejus Stephano et Amadeo, ut testantur concessionis
tabulæ, Bernardi Gebennensis Episcopi sigillo munitæ, ut sequuntur:

« In nomine Sanctæ et Individuæ Unitatis. Aveniant omnes, ad quas processus scripturæ,
pervenit, quod ego Amadeus Dominus de Saig pro remedio anime mee concessi in perpetuum,
et laudavi bonæ fide quæcumque antecessores mei contulerunt Domini Alonis, in pres-
entibus, in nemoribus, in terris cultis vel incultis, et omnes investituras, quibus jam dicta Domus
investita est; et ea quæ habitatores Alonis acquisierunt infra terminos suos, quæ de dominio
meo sunt, vel ad dominium meum pertinent. Proterea dedi et concessi in perpetuum habitati-
onibus Domus Alonis pedagium et venditiones et pascuas per omnem terram meam. Hoc donum
feci in mente Domini Galcheri Trionis Alonis, ante gratiam de la vigni XVI kalendas
Januarii; presentibus monachis Bernardo sacrista, Humberto de Ponte, Bernardo Procuratore,
et Petio converso copinarius; qui omnes testes sunt hujus rei. Sequenti vero die, scilicet XV
kalendas Januarii similiter predictum donum feci apud Saig, in aula mea, coram hominibus
meis et filiis meis Stephano et Amadeo, qui concesserunt et laudaverunt bonæ fide omnia supra
dicta. Ego vero Amadeus (id est videlicet) Dominus de Saig, ad confirmationem et testimonium
supradictarum, presentem chartam sigilli mei munimine præcipi roborari. Volui etiam
ut versaretur ille Pater noster Bernardus Gebennensis Episcopus tunc sigillum, apponeret
ad majorem confirmationem. Custos vero hujus rei sunt milites V. Vullelmus Roffei,
Radulphus de Isiri et Pontius de Pistignie, Vullelmus de Challe, et Jacobus de Albona,
Fulco de Melai mondun, miles; Vullelmus Dulcis Mestrang, Hugo cocus et plures alii.

Actum est anno ab incarnatione Domini M. CC. X. »

Stephanum proptati Amodei filium, non novit-Quichonius in tabulis Comitum
Genevæ.

Inter præcipuos Benefactores primum, meretur locum, Fridericus Imperator,
qui per has regiones anno 1178 transiens, quicquid juris infra hujus Domus terminos
ratione Imperii habere poterat, libenter largitus est, nostrisque sub Imperiali protecti-
one suscepit, scripto Diplomate hujus sententiæ Dux Ludovicus memoratur:

1178. Diploma Imperatoris Friderici.

« In nomine Sanctæ et Individuæ Unitatis Fridericus, divini faventis clementiæ,

Romanorum Imperator Augustus. Ad Imperatoriam pertinet majestatem personis beatis-
tatis et precipue viris religiosis plurima bona conferre, et collata scriptis Imperialibus
roborare. ne donationes factas pietatis intuitu, vel maligna perversitate mutationem
suscipiant, vel per longam temporis successionem ab humana memoria delabantur.
Notum igitur sit omnibus Imperii nostri fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter
nos divina pietatis intuitu Religiosis viris Cantuariensis ordinis qui morantur apud Thonon
donamus et concedimus quicquid ipsi in locis ad Dominionem et jus Imperiale pertinentibus
infra terminos nostros concluderunt. Et quaecumque ipsi vel jam in hoc felis locis acquisierunt
vel in futurum juste acquisituri sunt, sub Imperiali protectione suscipimus.
Omnia igitur quae infra subscriptis terminos concluduntur, videlicet rivus, padana,
pratæ, campos, terras cultas et incultas, arbores domitas et indomitas, et alia omnia
quae in subscriptorum terminorum ambitu continentur, salva Imperiali justitia, ipsis
libere habenda in perpetuum et possidenda concedimus. Hi autem sunt termini: Ab
Oriente, domus illorum terminus. Ab occidente, quidam lacus et orbis pluvius terminus.
A meridie, pratæ, de cor terminus, et mons Oidel recte transire usque ad supra dictum
lacum. Ab Aquilone, calmes rotunda terminus, recte lineam usque ad supra dictum
fluvium. Proequit^{ur} infra terminos istos continentur supra dictis viris religiosis conce-
dentes, firmiter statimus, ut quicumque donationem istam, aliqua presumptione ausus
fuerit infirmare, pro poeni centum libras auri componat, quarum medietas ad fidem
Imperatoriam perveniat, medietatem vero supra dictæ domus fratibus et successoribus
suis donationis istius infirmator persolvat. Ad hujus etiam donationis evidentiam
majorem, presentem paginam conscribi, et sigilli nostri auctoritate firmari commiseri,
salva in omnibus Imperiali justitia, testes fuerunt: Henricus Rex; Berthardus, Profectus
de Magdeboræ; Gerardus comes Brannoe; Thibicus Brabantico; Magister Daniel; Normanus
Camerarius; Rudolphus pater ejus; Berthannus miles; Magister Girardus; Magister
Radolphus Notarius; Magister Guonsadus et alii quam plures, quos longa est enumerare
mora, tam de nobilibus illius Normicæ, quam de nostris Leutonicis. Signum Domini Frederici
Romanorum Imperatoris.

Igo Robertus Dei gratia Viennensis Archiepiscopus, et Regni totius Burgundie Archi-
cancellarius, interfuit et recognovit. Acta sunt hæc anno Domini Incarnati

M. C. LXXVIII. Indictione XI. Regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore, invice-
-tissimo. Anno regni ejus XXVII^o, Imperii autem, XXV. Data. apud Lugdunum, super Rhodan-
-um, XIV. Calendas septembris feliciter, Amen. 75

Post Imperatorem, Comes debet obtinere Abbatia^m S^{cti} Lugendii Turensis, nunc S^{cti}
Abundii titulo famosa, cujus Abbas Humbertus qui sedebat, cum erigi cepit nostra
cartusia, consentiente conventu suo, multa contulit: quae Ado unus ex illius successoribus
laudavit, sicut innotescit ex litteris Ardunici Garenensis Episcopi, omnes donationes et
acquisitiones hactenus factas confirmantis, ut sequitur:

Inter 1181 & 1185 Confirmatio Ardunici Episcopi Garenensis.

« In nomine sancte et individue trinitatis. Ardunius Dei gratia Garenensis Episcopus,
Hugoni Priori Alonis ejusdemque loci Trinitatis tam presentibus quam futuris eternam
in Christo salutem. Ad Episcopalem curam, pertinent personis secularibus, et praecipue viris Reli-
-giosis plurima bona conferre, et collata scripti sui munimine, roborare, ne donationes et
elemosinae factae pietatis intuitu, vel maligna perversitate mutationem suscipiant, vel per
longam temporis successione, delabantur ab humana memoria. Propterea, dilecti in Domini
fili, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et vestram domum, cum suis terminis,
et ea quae infra ipsos terminos acquisitis, vel acquisituri estis, sub B^{ti} Petri Patris
nostri et nostri protectione suscipimus, et presentis scripti prius Regis communimus. Haec
autem sunt propria ipsorum terminorum vocabula. Ab oriente terminus, postatum, quod
subterjacet campo Salomonis. A meridie terminus, caslon a recta linea usque ad pratum
de coep. Ab occidente terminus, mons Dis ell recta linea usque ad orbem super lacum.
Ab Aquilone terminus, calmes rotunda recta linea usque ad exitum juris; et ab exitu
juris recta linea usque ad vallis mediam, quae inter ipsam domum, et villam de Bassins.
Sunt laborum, vestrorum, quae propriis manibus, vel sumptibus colitis, sive de matrimonio
anim alium, vestrorum, sicut Dominus Papa Lucius III. prohibuit; nullus a vobis decimas
exigere praesumat. Possessiones vero, quae infra terminos vestros vobis donatae sunt et
concessae, nihilominus concedimus et confirmamus; v^o delinat quicquid Dominus Fredericus
Romanorum Imperator vobis donavit et concessit, nisi quae scripti munimine roboravit;
quicquid Dominus Humbertus Abbas Sancti Lugendii, laudante communi capitulo, tam in
decimis, quam in pasuis dedit atque concessit, hoc etiam, postea Dominus Ado Abbas

quodam monasterium laudavit et concessit; predicto Capitulo Laudante. Similiter quicquid acqui-
-sistis a Domino Paterniacensi Laudante communis Capitulo. Simili modo et eodem tenore
confirmamus dona et elemosynas Amedei Comitis Gebonnensis, subiecta terram sancti
Israel, et pasua ab Arva fluvio usque castellum de Chamoz, et Rhodano usque ad
Salerum montem. Dedit autem hoc predictus Comes, duobus filiis suis Laudantibus, Domini
Alonis tali pacto, ut pasua predicta nulla alterius congregationis animalia depascendi
habere facultatem, quod si aliquando aliqui profatam pasua velint depascere, promi-
-serunt se predictus Comes et filii eius eos exinde prosequuros, et Fratres Alonis ac
ceteris coepo dicta pasua conservaturos. Similiter etiam confirmamus quicquid Domus
Alonis a Domino Ludovico De Mando et a filiis eius acquisivit, et a Domino Humberto De
Prengins et a filio eius, et a Domino Humberto De Blbona et a filiis eius; et quicquid etiam
ab hominibus supradictorum Domnorum acquisivit vel acquisitura est, totum confirma-
-mas, et in perpetuum ratum habere Decernimus. Decernimus ergo ut nulli omnino
liceat profatam Domum perturbare ~~probat vel vacationibus~~ aut ejus possessiones auferre,
vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vacationibus fatigare. Si qua igitur in futu-
-rum ecclesiastica secularive persona hanc nostre confirmationis paginam, sciens contravenire
tentaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum suum, digna satisfactione conserit,
potestatis honorisque sui dignitate careat, ream et excommunicatam, ex parte Dei et B^{ti}
Marice semper Virginis et omnium Sanctorum, et nostre se cognoscat. Litteras autem eisdem
Loma majus a servantibus sit pax Domini N. S. C. quatenus et sic fructus, bona actionis
percipiant, et apud Districtum Judicem eterne pacis presentia inveniant. Amen. 55

Hammer. Hic Ardutius sedit ab anno 1135 ad annum 1185, hasque litteras dedit post
in Hist. Gel. annum 1181, quo Lucius III Papa in eis nominatus sedere cepit. Humbertus vero P^{ti}
et Abb. Lugendi Abbas Donatoni auctor, idem monasterium rexit tantum ab anno 1146 ad annum
Sursi. 1169. Unde recte colligimus Angionensem cartusiam circa idem tempus institutam
habuisse. De Ardutiis successoribus et aliis hujus domus proceperunt benefactoribus,
factis in nostris Annalibus egimus, ad quas lectorem remittimus. 55 id e. Leontibus vel Parca.

1350. - Litterae Johanne de Sabaudia Ludovici Baronis de Vaud
filiae, et Guillelmi de Joinville Domini de Gex benefactoris hujus domus videlicet
ex tabulis ejusdem Domus (Angienis)

1. Nos Johanna de Sabaudia Domina de Gex nolens facimus universis presentes
litteras inspecturis, quod nos confitemur nostra spontanea voluntate quod videlicet recorda-
tionis Domini Symonis de Joinville Domini de Gex et Dominae Leonae ejus consors Domina
dicti loci de Gex deliberaverunt et concesserunt Ecclesiae et conventui Angienis perpetue
hinc solidos gubernamentales censuales, quod dictae Ecclesiae et conventui de dotali pro remedio
anime nostrae Domini Amadeus Domini de Gex pater dictae Dominae Leonae annuatim
per obventos per recuperatores pedagii de Gex et ~~super~~ dicto pedagio assuetos, quos
hinc solidos gubernamentales dictae Ecclesiae Angienis solvere fecimus per recuperatores dicti
pedagii. Item confitemur, item confitemur quod videlicet recordationis Domini Guillelmi
de Joinville Domini de Gex consors nostra quondam dictae Ecclesiae Angienis dedit et conces-
sit perpetue viginti solidos gubernamentales videlicet decem solidos pro anniversariis suis
annis singulis faciendis videlicet die vigiliae festi Beati Bricti in vespere quod Religiosi
dictae Ecclesiae vigiliis defunctorum pro remedio anime nostrae dicere teneantur, et die festi B^{ti}
Bricti missas celebrare. Quos decem solidos assignavit dictae Ecclesiae super tallibus et censibus
de villa de Arun. Et eos decem solidos censuales solvimus et solvere fecimus dictae Eccl^{ie}
siae per Renterium et recuperatorem dictarum talliarum, et censuum, videlicet per Rognum
(Dompnum) Johannem de Pougn et per Rognum Guillelmum, Rognum presbyteros nostros,
et per magnum Petrum de Genollies phisicum, notarium, et per plures alios. Et alios decem
solidos de dictis viginti solidis idem Dominus Guillelmus dictae Ecclesiae concessit pro
remedio anime nostrae annis singulis, diebus praedictis, seu die obitus nostri, Religiosi dictae
Ecclesiae vigiliis dicere et missas celebrare teneantur, prout facere debent pro dicto D^{no}
Guillelmo consorte nostro, et eos decem solidos assignavit super tallibus et censibus de Arun.
Item confitemur quod Religiosi Angienis fuerunt et sunt in possessione uti presens talis
terrae de Gex, et quod uti sunt animalia sua ducere per etiam terram G^{at} videlicet
per pasua causa pasendi per dictam pasua, absque aliqua contradictione seu impedimento
et hoc spatio decem, viginti, triginta annorum, et ultra. Item confitemur quod dicti
Religiosi non solverunt, nec solvere consueverunt per tempus de quo recordamur seu

recordari possumus totas nec pedagia in terra nec foro de Gay de suis rebus que ad
ibidem vendunt seu emunt vel transmutant. Et quod illas mandavimus ~~omnibus~~
in preceptis que dedimus, et per presentes litteras mandamus omnibus officariis et
Rectoribus nostris, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, et precipimus ut ipsi
dictos Religiosos in sua possessione melius teneant et defendant: et etiam dictum
censum, prout premittitur, sibi solvant annualiter: Et nos promittimus dictis Rent-
eris dictum censum, nunc prout extunc, et tunc prout extunc, in suis computis
allocare: Provenisse omnia dictis Religiosis laudando et confirmando, et promittentes
pro nobis et nostris successoribus bona fide nostra non contravenire, sed premissa rata
et firma atque grata perpetuo habere et tenere. In cujus rei testimonium, sigillum nos-
trum, literis presentibus duximus apponendum. Datum apud Senay ex septima die
mensis maii anno Domini millesimo CCC^o quinquagesimo. Anno MCC^o III^o quarto
Bona de Borbonia comitissa Sabaudie pro castellano Gay mandavit ut vintille
profeatorum, literarum, faceret et permitteret animalia domus Augustonis immitti in
pascuis et pasqueragiis terre Gay. Littere date sunt Ripperaille die 18 aprilis
anno quo supra 1384, presentibus Dominis A. de Chalant et Jo. de Conflens. »

1260

1258, février. D. Pierre Pucier

8^e Kal. Dec. 1263. D. Jean Pucier d'oujor veuve de Dan un pice

février 1270 / 10 juillet 1272 / Guillaume (William) héné d'oujor teneur d'oujor
un pice de Bormont. 10 juillet 1272

1279 - D. Girard Pucier d'oujor -

8 Kal. 1287. Pierre teneur d'oujor - 1260



Lance



1260
oujor
libre de Bormont
2^e 50

17 juillet 1419 - Targus Colin pucier de la Lance
à 10 juillet 1419.

30 Dec 1460 - D. Jean Hucier Pucier de la Lance

14 février 1469 - D. Jean Hucier

30 Dec 1479 - D. Pierre Hucier Pucier de la Lance

Spécification des biens, Domaines et possessions de Pierre Doyon
et de ses héritiers, Pères et descendants, nés et nés. (Livre de P. n. 259)
M. n. p. 62.

1527. De augmentement de la religion d'oyon à Pierre des Rignes et
compagnons de Jean le Clerc, de 20 sesterles plus et 8 sesterles au plus
sur oyon, livre dit sur le haut mont, sous la cense de 6 sols - 1527.
(Livre de Doyon n. 250 -) M. n. p. 65

1527. Doyon en franc allé, en faveur de Pierre Doyon, contre Gouin
le fils de Glant, de 4 sesterles de terre et plus vers Glant, le veuve
en chatagnier, six sesterles - Doyon et compagnie en Doyon
de 2 sesterles, sous la cense de 3, 9 sesterles de noix 1527 -
(Livre de Doyon n. 251 -) M. n. p. 66.

1527. Doyon en franc allé de Pierre Doyon, contre Jacques Nicolas de
1/3 sesterles de rigne vers ~~les~~ ^{Bignois}, livre dit en sa cense au Val de la pour 20 sesterles
1527 - / titre de Doyon n. 253. - M. n. p. 67.)

1527. Doyon en franc allé de Pierre Doyon, contre Martin Gouin de Glant,
d'environ deux sesterles de terre au village de Glant, le veuve dit les hommes
Villaz pour le plus de 2 sesterles, et abatement par le veuve de la dite
pièce pour la cense d'un grain d'huile de noix 1529 -
(Livre de Doyon n. 258. M. n. p. 69.)

1529 Doyon en franc allé de Pierre Doyon, contre François et Jean Doyon
de deux sesterles de rigne en rigne vers Gouin et plus vers Vignier
et en 5 sesterles pour la plus de 100 sesterles 1529 / 14 sesterles n. 259. p. 69.

1530 - le veuve dit en franc allé de Pierre Doyon et la commune de Bignois
concernant le partage et la délimitation, de la cense de Bignois, les
la rigne de la directe et j'indication, sur la dite cense au franc
de dit Pierre - (Livre de Doyon n. 260 - par p. 69)

1531 Doyon et... n. 263
1534 - une cense. Livre de Doyon n. 265 - par p. 71 -

1566 Spécification des biens d'oyon, sous le veuve de la cense de Bignois, Doyon
Livre de Doyon n. 268. M. n. p. 106 -

Catalogus Priorum Domus Angionis. —

D. Hugo Prior 1^{us}

« Hinc fundationem recepit circa annum 1146. Obligat post annis adfuit primo generali Capitulo sub Basilio celebrato circa annum 1155. » Ita catal.

D. Johannes Prior

« Hunc fundator cartusie Lurigniaci donatione loci investit anno 1172, et obtinuit ut ad eandem novam plantationem regendam transferretur. » Ita catal.

D. Hugo, Prior

« Idem pars an qui supra, iterum preerat anno 1181, ut constat ex tabulis Domus. » Ita catal.

D. Bernardus, Prior

« In litteris Santelmi Episcopi Genevensis datis anno 1195, dicitur « olim Prior hujus Domus et fidelis procurator », qui ab dicto Prioratu in eadem domo solitarie remansit, ubi adhuc dicto anno vivebat. » Ita catal.

D. Guigo, Prior.

« Preerat anno 1195, quo Santelmus Episcopus Genevensis terminos Domus ex licentia Capituli Genevⁿⁱ dilatas non solum confirmavit, sed de consensu Capituli Genevⁿⁱ Ecclesie quicquid juris in eis habebant contulit scriptis litteris in ipsa Cartusia presentibus Guigone Priore, Hugone de Memore procuratore, Wilhermo sacrista, Bernardo olim Priore et fidelis procuratore, et aliis monachis qui eidem Deo serviant. Testes vero fuerunt cum patribus Paucis Benedictis Petrus Fortanum, Petrus de Cartusia et Joanne

fratre ejus et aliis, Guillelmo de agistor Amodeus de confinio, Magister Joannes, Aymer
de Altavilla, Frewaldus, Willhelmus etc. Factum, an = m. c. LXXXV.

+ Rogerius Episcopus Lausannensis ejusque Capitulum, scriptis tabulis testimonium
prebent Guigoni Priori de Alione et fratribus suis quod Guido de Willens miles remisit
et quitam, clamavit omnem querelam, seu calumniam, quam habebat erga fratres de Alione
super Deposito Gerodi Carbonis, et postulavit ab eis veniam, eo quod fratres ipsos injuste
super hoc inquietaverat etc. Hujus rei testes sunt Helinus Prior S. Marie, Magister
Henricus Sacrista, Magister Richardus, Umberto de Pont, Petrus de Rover, Magister
Baud, Galtherus Prior de Eskus, Rodulfus de Bulla, Johannes Gillamari, et
Johannes scriptor, W. de Lansanna et Willhelmus Beuer milites, Gerardus de Bora
et W. Grai. Actum, est hoc Lausannae in curia Episcopi Anno Domini Incarnationis
MCCI, XII Kalendas Julii. 551a est.

Dalmatius, Prior

¶ Hic ab Humberto Comite confirmationem impetravit pascuarum, quae olim Amodeus
comes genevensis avus ejus cum filiis suis concesserat, Haec confirmatio adjecta
est priori Donationi, et sequitur: ¶ Notum sit omnibus etc. quod Amodeus Geben.
¶ Comes pro redemptione animae suae et praedecessorum suorum dedit Deo et B^{te} Mariae
et domui Alionis, pasua, quae his terminis concluduntur a Rodano usque ad Salivum
et a Arva fluvio usque ad terram Guillelmi de Choumont. Dedit autem hoc modo
ut pasua determinata, nulla ulterius congregationis animalia depascendi habeant
facultatem; quod si aliquando aliqua facere voluerint, id est praedictos terminos
censura pascendi transire, promittit se idem Comes eos exinde propulsurum, nobisque
a ceteris omnibus proferenda pasua tuituram. Concessit etiam communiter per
omnem terram, sua pasua praesentibus supra dictae domus, exceptis locis quae determinata
domui Alpensi et domui Abundantiae jam ante concesserat. Hoc vero laudaverunt
filii ejus Guillelmus et Amodeus. Factum est hoc donum, ad villare super Balonay
in domo Lantelmii. Hujus rei testes sunt p. Guido conversus Alionis, Petrus de
Zermias, Ulricus de Charmont, Petrus de Chaugier, Falco Curant, Guillelmus
vice dominus de Causin, Giraldus de Bosc, Durannus. Hoc eodem modo Petrus

de Lerne regale Comitatus predictae domui concessit quicquid juris in supradictis praesens habebat. Hanc autem donationem laudavit Thies Humbertus comes nepos ejus in praesentia Domini M. Episcopi, et unanimiter sigilli sui confirmavit. Rogavit etiam ipse Comes H. praefatum Episcopum, ut et ipse sigillum apponeret. Hujus rei testes sunt Galtorus Abbas Bonimontis, Helias Abbas Altoe combae, Dalmatius Prior Alionis, Lambertus sacrista Gebennensis, Frewaldus canonicus, Albertus canonicus, Magister Guithbertus, Magister Albertus De Boges, Magister Gaudius De Boges, Guillelmus conversus S. Petri, Petrus De Argentina conversus Alionis, Guillelmus De Comuniaco, Guillelmus De ... erbo ...

Anno non signatus in his litteris quas datas fuisse colligimus ante an. 1206. 13 februarii
Humbertus Episcopus vivere desinit. ... ita etc

D. Galcherius, Prior.

Hanc domum gubernabat ante 1210, quo Amadeus Dominus Gesei paternos donationes ratas habuit, ut superius vidimus in litteris confirmationis, eodem etiam anno Guido de Moons ex genere fundatorum multa dedit ad Bernardi Episcopi Generensis viciniam, inaeque donationis fidejussores dedit Petrus De Brusini ^{et} militem, Johannem, filium, et ^{Leidum} ~~Leidum~~ et Hanselmum, et Arduinum, fratres ejus, et pheres alii qui tenebantur facere obsequium, ubi-
cumque nostrae cartusianenses voluissent et ... in ejus rei testimonium, praefatus Episcopus sigillum suum apposuit, quod et similiter fecerunt Ludovicus Abbas laici juris Praemonstratensis ordinis, Albertus decanus, Willhelmus Prior Cartusiae Repensatorii, Thyo Prior Cartusiae Somerii, Petrus Prior Cartusiae Valonis, Gauherius Prior Alionis; Petrus de Johannis Gebennensis, et Amadeus Gebennensis Dominus De Paiz, Joannes Dominus De Cosonai milites, Actum apud ... anno ab Incarnatione MCCX, mense julio, quinto idus julii.

Eodem anno (1210) Jacobus et Bartholomeus fratres ejus Domini De Rubecomonte in praesentia praefati Bernardi Episcopi et Humberti Prioris Majorani Cartusianis ordinis querelas contra domum Alionis motas sedaverunt, renuntiavit et etc. ... unita vero confirmaverunt. Ille et Willhelmus praefati Jacobi filii, et quatuor filii Bartholomei, scilicet Petrus et Humbertus, Thyo et Arimo, hujus rei testes sunt Petrus sacerdos De Lentonaco, Andreas sacerdos De Arans, Johannes clericus De Rubecomonte et Willhelmus Stoffinus clericus, Guido conversus Majorani.

Fidejussores de pace quas miserant, sunt Guipredus de Rubemonte et filii ejus Aimo et Hugo
Hilbertus de Rubemonte et fratres ejus Gomerius et Pontius et Willermus Blombog.
Guigo Prior Averie ordi cantuariensis sigillum, quoque suum eum, prefatis apposuit.

Quidam Prioris nomen reperitur in liberis datis anno 1211, mense martii et
anno sequenti quo Jacobus de Albona donationes antecessorum confirmavit in manu Galcheri
Prioris in laitho ejusdem domus, presente conventu, mense martii XVI calendis ejusdem
mensis. » ita catal.

D. Abbo, Prior,

« B. Belluensis Episcopus et Abbas S. Lugendi et totus ejusdem Ecclesie conventus concessit
decimas terrarum infra terminos domus Alionis consistentiary, pro decima ad Ecclesiam
de Lonolico videbantur pertinere. Hac autem donatio facta est anno ab Incarnati^o
MCCXIII (1213) mense Januario apud S. Lugendensem in manu Domini A. Prioris Alionis;
quoniam Abbonem esse colligimus ex alio instrumento, in quo Hugo Prior et conventus Pater-
niacensis, ut Abbo Prior Alionis instantissime petuit, tanti viri justis petitionibus conve-
nientes sigillum Ecclesie suae eidem compositioni inter eos factae opposuerant, quod etiam
fecit Agnus Gebannensis Episcopus. Actum A. gratia MCCXX, regnante Frederico Henrici
Augusto. Eodem etiam anno (1220) Landricus de Quinsis et filii ejus in manu ejusdem
Abbonis Prioris quasdam terras dederunt. » ita catal.

D. Guillelmus, Prior.

« In quibusdam tabulis datis anno 1239 de quibus supra sub Jordano Priore Guillelmo
tunc Prior^o Valonis dicitur quondam professe dicitur Domini Algionisⁿⁱ. Nec alibi potest
collocari nisi post Abbonem, de quo supra. » ita catal.

D. Jordanus, Prior.

« Professe reperitur ab anno 1224 ad annum 1245. Anno vero 1224 quondam d'iscon-
-dium inter domum Alionis et Guidonem de Hong militem, composuit, quae jam prius sedata
fuerat, in presentia B. Brodunensis Ecclesie Archiepiscopi tunc temporis Gebannensis^o Episcopi
et A. Decani de Albona quipacem profecto anno in festo S. Bartholomaei iterum

eadem inter partes sigillo suo roboravit ad instantiam Jordani Prioris Alionis, ut in litteris scribitur, sed in alio instrumento eodem tempore dato vocatur Dominus Alzionis.

Fr. R. de Alta umbra et fr. G. de Rhela Abbas, et Th. W. Rehanus abbas et fr. W. de Alhione (necduplex I) dicti Priores questionem inter Abbatem et fratres Bonimontis ex una parte et Priorem et Fratres de Algione ex alia motam composuerunt, cum prius Abbas Bonimontis et Prior de Algione in proferatos arbitros compromisissent factis sanctis Evangelis, Abbas et qui cum eo erant fratres videlicet Michael Cellerarius, Hugo de Manay et Jacobus monachi Bonimontis pro sua parte, et Prior de Algione et qui cum eo erant fratres Gerundentus procurator, Petrus Buter, Aymo nepos ejus, Aymo de Genolog et Johannes faber conversi pro sua. Deinceps inter alia iidem arbitri talem poenam infligendum, transgressoribus compositionis, quod si forte, quod absit, monachus vel conversus sive redditus aut familiaris utriusque domus contra compositionem venerit mittatur ad portam domus que loca fuerit, non reverentur nisi per Abbatem vel Priorem, Mercenarii vero expellantur non reverentur infra annum. Testes sunt Abbas de Alpius, Abbas de Alti creta, Prior de Pomeris, Petrus de Pomeris, Chelbert de Castucia, Gararimus de Pansatorio conversi, Radulphus cantor Lonsensis et Uldricus frater dapiiferi, Aymo de Gouett Canonius Gebennensis etc. Actum anno MCC vigesimo quarto (1224) in vigilia B. M^{ae} Magdalene juxta villam Guisias.

Anno MCCXXV (1225) Kal. Julii Johannes de Perungins preteritus et terrarum que est juxta memoriam, Pandaribus uxore Agnete Humberto et Guillelmo filiiis suis, concessit in munus ejusdem S. Jordani Prioris Alionis.

Anno MCCXXXV. (1235) IX Kal. octobris Jacobus de Albona miles, de consensu uxoris et filiorum, dedit domum Aujonis decimam de Memora, quam elemosynam approbavit et suo sigillo munivit Aymo Episcopus Gebennensis.

Eodem anno v. idus Novembris Cueno Dominus de Poulhers domicellus in presentia Aymonis Episcopi Geben. dedit domum de Oujon cartusensis Ord^{is} si quid juris vel calumnie habet et in molendino folia. Et hanc elemosynam Pandaribus Juliana relicta Guisonis quondam patris ipsius Cuenonis et Nichola et Ysabelis sorores ejusdem Cuen.

Anno MCCXXXVII. (1237) mens februario in cathedra S. Petri in Sancto Pomeris in presentia Hugonis Prioris et conventus Pomeris, et virorum nobilium Don. Radulphi

de Grethiaco, Hugonis de Sabarova, Aymonis filii eius, Jordanis Prioris Angionis et Aymonis
convers, Angionis et aliorum quamplurium, ego cunctus Dominus de Gemuliaci pro recon-
pensandis et emendandis malis et damnis quam intuleram, Domini Angionis cunctis
audis, et pro solutione debiti quod eidem Domini debebam, et ut Deus dimittere mihi
et parentibus meis dignetur peccata nostra, dedi octo cupas boni frumenti ad mensuram de
Nivis etc. ad ejus rei gestae plenioris firmitatem, sigillum Domini mei Radulphi filii
comitis Sabrensis hac pagine rogavi et fieri apponi. Deinde post mense martii ejusdem
anni coram Aymone Episcopo Geben, ut Pater misericordiarum, Deus dimittere sibi et
parentibus suis dignetur peccata quae contra Domum ipsam aliquoties commiserant, de
eodem unone jam diximus supra ubi egimus defensoribus hujus domus.

Multa Jordanus misericordie et indulgentie a vicinis nobilibus sed maxime a Domini
de Allona qui omnium benefactorum munificentiam pro liberalitate superaverunt. Nam
propter ea quae jam superius ab eis data vidimus, cum Jacobus qui ducimus de Heimore
largitus fuerat, Obisset, Beatrix uxor ejus et Jacobus filius ejus et ceteri liberi utrius-
que sexus pro salute praedicti Jacobi patris quatuor solidos censuales quos habebant in
arbergamento Bosoni de Bognon apud Solham, et domus praedicta Abgionis absque
diminutione integre et absolute certis et taxatis terminis praedictos quatuor solidos
singulis annis recuperare valeat, absolvent et immune fecerunt praedictum arber-
gamentum ab omni pelucheria, et praedictum Bosonem, et haeredes ejus in perpetuum
ab omni banno, ab omni censu, et ab omni alio jure solverunt quod unquam in ipsius
persona vel rebus vel habebant vel habere videbantur aliquo modo et aliquo tempore
praecipientes eidem Bosoni ut jam dictos quatuor solidos pacifice et absque difficultate
annuatim pro remedio anime praefati Jacobi defuncti Domini pro taxato persolvat.
Actum Aº die MCC XXXVI (1236) in castro Allonae in praesentia fratris Aymonis
conversi Abgionis et Domini Petri Berrea et Domini Andrici sacerdotum, et Quintini
de Quincins et aliorum multorum, ubi et praesentem chartam sigillo filii mei Jacobi
fecimus sigillari et videlicet rei gestae firmitas semper irrefragabilis habeatur.

Biennio post eadem Beatrix cum praefato filio suo Jacobo priori donationi aliam
insigniorum addidit ut testantur sequentes tabulae in

« Notum sit omnibus praesentibus paginam, insipientibus, quod ego Beatrix uxor

quendam Domini Pauli de Albona et Jacobus filius meus, pro nobis et pro hereditas nostras
in perpetuum, imposuimus bannum, tunc solidorum, sine misericordie solvendorum, super
omnem hominem, sive masculinum, sive feminam, cuiuscumque conditionis, de potes-
tate nostra et dominio, qui clausum et mansum de Albomorei, quod predictus vir et Dominus
meus et nos dedimus Deo et Fratribus Domus Algonis Cantuariensis ordinis, pro potestate elec-
mosynarum, presumpserit violare, sive personas et habitatores loci ejusdem, percutiendo,
aut eis contumelias inrogando, aut res ibidem, contentas, seu partive, seu videntes auferendo,
seu sepeb quoc loco, claudant dissipando et rumpendo, seu per quamcumque partem, procler
portam, ad voluntatem habitatoris conversi, eis apertam, in predictum clausum et mansum,
quocumque de causa intrando: quocumque-igitur mulier predictum clausum et mansum,
sive per portam, sive aliunde intraverit, bannum predictum solvat. Quicumque masculus,
nisi per portam, eis voluntarie ab habitantibus apertam, locum dictum intraverit, bannum
persolvat. Quicumque sepeb, rasperit; quicumque fagos vel de sepe, vel de vicia;
quicumque botrum de vite, sive viridem, sive maturum, rumpere et exportare presum-
pserit, bannum persolvat. Quicumque habitans locum, ignorare propter quamcumque
causam, presumpserit, nisi prius ad nos clarescere, direxerit, et nisi Prior^{us} domus Dioces-
thane juri et commendationem, facere se intulerit, bannum persolvat. Procepimus
etiam in istis libris nostris et secundum qualitatem, et quantitatem, injuria illatae bannum
augmentant, et locum, et habitatores ejus ita defendant, et in pace custodiant, ut nostri a elec-
-mosyna et nobis et ipsis proficiat per Dei misericordiam, ad salutem. Proterea, cum dis-
-cordia esset inter quosdam homines nostros de Quincins, videlicet Quintinum Blannum,
Thugonem, et filios eorum, ex una parte, et Fratres Domus Algonis ex altera, pro muta-
-tione decursus aque, unde campi eorum deteriorati fuerant; quae videlicet mutatio, ut
dicebant predicti homines, acciderat propter repagula, quae profati Fratres ad se def-
-endendum, contra impetus aque, fecerant; et questio hoc coram nobis ventilata
fuisse; nos discordiam eorum, pacificam in eis in hunc modum, Procepimus enim, ut
homines nostri de Quincins aquam profatam, ad cursum ^{antiquum} anticum, reducerent, et damna
quae inde sustinerant et sustinebant, pro Deo et pro animarum suarum salute, Fratres
nostrae Diocesis in toto remitterent, et pacem, quantum ad hoc pertinet, perpetuam cum eis
facerent. Quam remissionem, et pacem, supra dicti homines nostri, in nostra praesentia

fecerunt, et de cetero amicos et fideles Defensores domus Algonis, et specialiter loci
de Memorei, promiserunt. Actum Anno Dni MCCXXXVIII (1238) mense Julio, presen-
-tibus testibus rogatis et vocatis viris nobilibus Humberto de Germaniaco, et Petrus de Proum-
-enter militibus, et Anselmo de Promentor et Stephano de Bierca domesticis, et Anselmo
Capellano de Juz et pluribus aliis; et nos in requisitis testimoniis, et roboris sempiternis
cartularum presentem sigillis nostro munivimus, ad Dei gloriam, ad salutem nostram, et
domus Algonis utilitatem perpetuam, quam corde et animo nos semper facere cupientes
loco et tempore supra scripta confirmavimus et perpetuavimus eidem protestationem, clausuram
quam fecerant ultra predictam, eamque super terram communem, villam nostram de Quincis,
quam terram, eadem villa saepe iudeo domini olim concesserat, sicut nos pro cetero rei didi-
-cimus veritatem. »

Sigillum pondans habet mulierem, depictam, manu sinistra florem, lilaceum
gestantem, et circa eam quatuor, aut quinque stellas, cum hac inscriptione: S. Beatrix
Dominice de Albona

Hoc omnia iterum dedit et confirmavit Beatrix et Guobus et Joannes, filii sui,
et quatuor filiae, videlicet Jordana, Blays, Leoneta et Clementia; qui omnes promiserunt
pignorem domini Guericum, domini Albone et heredem ejus pro emendando damno
quod esset de iure domini evanire, qui Guericus tenebatur restituere damnum factum
infra octo dies, postquam ab Augionensibus requisitus fuerit. Alioquin tenet idem
Guericus, vel heredes ejus octugia in castro Albone, donec praedictor domini plene fuerit
satisfactus. Praeterea confidenter profati donatores pro his omnibus amodo solite
observandis accepisse a domo predicta viginti solidos Lusanenses et carnem unius bovis
valentem viginti solidos. Actum anno Domini 1237, mense maio, in castro Albone,
in manu et presentia Domini Anthonis Capellani ejusdem castri, cum duobus sigillis, uno
quod est Beatrix, altero quod est profati Guericus, et habet inscripta coram, laenulam
cum duabus stellis, una sursum, alia deorsum.

Profatus Guericus morem imitatus pietatem, exemit domum Algonis ab omni
petita et pedagio, venditione, seu exactione de quacunque re, quam vendere, aut emere,
portare, aut quocumque modo vendere valuerint in castro Albone, aut alibi ubi cumque presen-
-tium dominorum ejus, consentiente clementia uxore ejus. Actum anno 1237, mense

† Augusto. cum eodem sigillo. Idem anno 1239, mense Januario, et Clementia eius
uxor dederunt: medietatem vini dari et medietatem dandam ejusdem vini, et
quam habebant apud Vinzer, testibus Michael Abbate Bonimontis, Petro Desriay
et Nicolao De Vinsez presbyteris et Jacobo Trocensi Archidiacono ejusdem Guericci
fratre cum sigillo Aymonis Gebennensis Episcopi.

Anno MCCXXXIX (1239) mense novembri Michael Abbas Bonimontis et
Prior Valonis Guillelmus nomine, qui et quondam, ut loquuntur tabule, Prior castelli
Aragonis, ad mandatum V. P. Aymonis Gebennensis Episcopi, personaliter accesserunt
ad sedandam controversiam que erat inter domum Aragonis ex una parte et habi-
tatores ville De Bignis ex altera super usamento pascuorum. Accepta igitur
a prefato Episcopo auctoritate absoluerunt villam De Bignis ab excommunicatione
et a banno quibus propter injurias dictae domus factas ligaverat eum, idem Episcopus
pronunciaveruntque dictam villam nullam jus habere in bascuis terminis Aragonis
sed injuste domum molestasse et damnificasse in usurpatione predicti usamenti.
Deinde nominatis hominibus qui excommunicationem incurrerant, additur in eadem
charta: « si quis remanserit inter istos non nominatus, eum inventus fuerit. Lande
debet. Testes Petrus De Caravalle cellerarius Bonimontis, Willhelmus conversus Valonis,
Petrus De Bossie, Petrus De Lotno, Willhelmus Raphioz et Sylvester monachi Aragonis,
Johannes Aymo, Petrus, Johannes, Stephanus, Stephanus, Johannes, Johannes,
Gauterius, Petrus conversi Aragonis, et plures alii clerici et laici seculares.

Idem Jordannus proerat anno 1240, mense Januario et 1241, quo comites
De Gembliacs, Landantibus soribus ejus Michela et Hytabez, quoddam idem, concedit
presentibus et sigillis suis literas roborantibus Aymone Geben. Episcopo, Michaela Abbate
Bonimontis, Aymone domino De Frenis, Yllone domino De Illanz, Henrico filio ejus
et Henrico domino Albouze. Eodem anno 1241, mense Decembri Michael Bonimontis Abbas
vicegerens domini Episcopi Gebennensis quandam discordiam dirimit ortam inter domum
Aragonis centurionis ordinis et Ricardum De Bulio et alios. Testibus Willhelmo Priore et
Petro cellerario et Jacobo monacho Bonimontis; et Guidone procuratore et Galtero et Johanne
conversis Aragonis, Petro De Pomerant et Hugone De Bignis militibus; Gerardo De
Bignis et Humberto De Inpai domo cellis et aliis quam plurimis in tempore et presentia

1 Jordani Prioris domus Augionis. 53 Cum in hac charta dicitur in tempore Jordani hinc videtur colligendum, Jordanum, qui eodem anno profuerat jam fuisse absolutum, mense Decembri, quo data est charta. 53 ita est.

D. Petrus, Prior,

X Et erat Prior anno 1242, quo Johannes de Testignis filius quondam Rorardi de Testignis dedit duas portiones terre intra terminos domus Augionis sitas, de quibus, inquit in litteris, investivi Petrus Prior ejusdem domus in claustris et coram conventu suo recipient ab eodem Johanne Prior de bonis dictae domus pro donatione sive elemosyna dicta viginti quinque solidos Lausanenses, promittens quod bona sua garantirem et defenderem, et manutenerem praedictas terras portiones et quod sororem meam laudare facerem. Et pro his omnibus Gauchidum (Hic Gauchidus filius Willhelmi Domicelli de Brussineus? litteras testimoniales ejusdem donationis dedit an. 1249, in quibus fit mentio prefati Prioris Petri non tamen, tum praesidentis, sed tanquam qui proerat tempore donationis nempe an. 1242) consanguineum meum / id est / justorem constitui. Et in manu prefati Prioris juravi nihil juris aut census aut pelucherie aut exactionis injussumque michi vel posteris meis retinere. Hoc omnia iterum juravi in manu Domini Henrici de illong, de illong, per quem etiam rogavi Dominum Johannem Abbatem Bonimontis Cisterciensis ordinis ut praesenti paginae sigillum apponeret domus suae. Quae omnia idem nobilis confirmavit anno 1252 coram Johanne Abbate Bonimontis.

Paulo post (1242) vel mox vel abdicat-prefatus Prior Petrus, et in ejus locum restituitur D. Jordanus. 53 ita est.

D. Jordanus, 2^o Prior

Et Idem, qui supra ut verisimile est, quem ideo abibi profuisse, et iterum ad hanc domum reverendum, revocandum, fuisse anno 1243, quo mense Januarii Coenetus Dominus Gerardus de quibusdam bonis Jordanus Priorum Augionis investivit, de auctoritate Domini Henrici de illong et Nyllonis Domini de illong in a sigilla literis inde confectis apponens. Idem Coenetus Domicellus post multas compositiones pacis, quas dominus fecerat cum domo Augionis, quam quidem praedecessores sui fundaverant, sed nullam, jus temporale, nullamque dominium, sive fundationis sive patronatus sive advocacie causa vel alio

quocumque modo aut sibi aut suis posteris in ea retinuerant, in presentia Agmonis Geben-
mensis et Johannis Lusacensis Episcopi coporum juravit quod amodo et usque in sempiternum
eamdem domum offendere ac molestare caveret: Quod si contraxisset contra facem Augustiniden-
tatis promissionem et juratam, concessit dictis Episcopi et supplicavit eod. et eorum successores,
ut eum per censuram, bulvasasticam, compellerent, si que de cetero pro locutione possit ab eis
excommunicari. Item autem, inquit Johannes Episcopus Lusacensis, pro reverentia Ordinis Cantuari-
ensis, in Christi caritate valde amplectimur, ita nos amodo facturos, ad preces etiam antedicti
Petri Agmonis Geben. Episcopi promissionem, et presentis literas concessimus. Actum anno
M. CC. XLIII (1243) mense martio in ipsa vigilia dominice Annuntiationis, in presentia
etiam Johannis Abbatis Bonimontis et Yllois monachi sui quondam Domini de Hong et
Henrici filii ejus Domini de Hong, et W. procentoris et Raimundi canonici Laasacensis et
Petri de Helai et Adruini de Pines militum, et Jordani Prioris Augustinis et Petri et Silvestri
et Petri et Hugonis monachorum, et Agmonis et Stephani et Johannis conversorum Augustinis
et multorum aliorum, etc. Idem Johannes Episcopus in literis datis anno 1243 dicitur
electus Episcopus.

Anno M. CC. XLV, XI. Kal. martii (1245) Johannes Abbas Bonimontis presens in Domo
Augustinis a Jordano Priore et conventu Augustinis recepit elemosynam, quam Dominus Anselmus
quondam, Capellanus ecclesie de Vie dederat dictae Abbacie pro anniversario suo. Ita est.

D. Petrus, Prior,

« Proceat anno 1246, quo Henricus et Hyble Domini de Hong elemosynam, quam
Hyble pater eorum, quondam Dominus de Hong dederat domui Augustinis annuatim ad
juvandum, cum in iura in parte omnium, sanctorum, patribus ejusdem domus, Paulant et
confirmant in manum Domini Petri Prioris ejusdem. Actum, anno M. CC. XLVI (1246)
mense Januarii. Ita est.

D. Jordanus, Prior 3:

* « Item tertio. proceat anno 1248, quo ipse sequentes scripsit literas: « Nos Jordanus
Prior domus Augustinis Cantuariensis ord. ³ totus que conventus ejusdem loci notum facimus
quod cum possideremus quondam terram, quod Brussiacus in loco qui dicitur le Rotez

cujus terre pars superior conjungitur terre Eldrici Balbi de Gemelliacis, et pars inferior vocatur
Charenica quae est versus Lannoy, et aliae duae partes essent Romani monasterii. Ipsi Prior et con-
-ventus Romani monasterii utilitati Domus nrae providentes, de consensu et voluntate et
consilio Willielmi Prioris de Brussis quicquid in domo ad istas terras habebant, potius de donant
et concesserunt nobis etc. - Actum in MCCXVIII (1258) quo etiam anno R. Prior
Romani monasterii Clugniensis ordinis et Willielmus Prior de Brussis nos litteras de
